

& alteram intellectam. sicut scriptum ē. Introibo in  
domum tuam in olochaustis. hoc ē cum olochaustis.  
Et talibi. Et duxit inquit eos in argento & auro.  
hoc ē cum argento & auro. Et talibi quoq. ait. Non  
egredieris in uirtutib. nobiscum. eo quod est cum  
uirtutibus. Ergo cū usu sermonis calumnia eē  
non possit. & sermone calumnia diuinitati non de  
beat excitari. opus ē ut ad iustitiam corde creda  
tur. & ex fide cordis fiat ad salutem in ore confes  
sio; Sed qui corde non credunt. calumnias instru  
unt uerbis. Deniq. simile & illud ē. quod aiunt  
discr&ionem eē. quia scriptum ē. Nobis autem  
unus d̄s pater. ex quo omnia & nos in illo. & unus  
d̄s ih̄c. p̄ quem omnia. & nos p̄ ipsum. Volunt enī  
cum dicitur ex illo. māriam designari; Et cum  
dicitur p̄ illum. quoddam uel instrumentum ope  
ris. uel ministerium declarari; Cum dicitur autē  
in illo. quo<sup>o</sup> aut locus significetur. aut tempus.  
in quo omnia facta uideantur; Ita igitur distantia  
quandam substantiae probare desiderant. tamquā.  
instrumentum ab auctore. & tamquam tempus.